IN. FUNERE

# IACOBI III

MAGNAE BRITANNIAE. FRANCIAE. HIBERNIAE

REGIS

# ORATIO

HABITA. IN. BASILICA. SS. XII. APOSTOLORUM

CORAM


CLEMENTE. XIII. P. M

VII. IDUS. IANUARII. ANNO. MDCCLXVI

AB. HORATIO. MATTEI

EIUSDEM. SS. D.N. PRAELATO. DOM. UTR. SIGN. REFEREND.

ET. LIBERIANAE. BASILICAE. CANONICO



ROMAE. MDCCLXVI.

TYPIS. OCTAVII. PUCCINELLI. S. P.



CLEMENTI [illegible] XIII.

PONT. MA[illegible]

HORATIUS MATT[illegible]

FELICITATEM.



Anc de prae[illegible]is IACOBI III M[illegible]AE BRITANNIAE, FRANCIAE, HIB[illegible]R-NIAE REGIS virtutibus a me [illegible]a- [illegible]i-

bitam Orationem, BEATISSIME PATER, cum TU Optimo Principi supremos honores Catholico more persolveres, Nomine Sanctissimo inscriptam TUO per manus hominum ire permittas. Etenim singulari benignitati illi TUAE, qua omnem Gentem meam, et me praesertim innumeris, iisque amplissimis beneficiis semper ornasti, immortale illud accessit, quod coram TE, in magna Ordinum omnium frequentia, ingentique Urbis totius moerore, ac luctu, extinctum Regem laudandum mihi committeres. Ex iis itaque rebus

a Clariſſimo Rege, de [illegible] atholica
Religione optime mer[illegible] o, aut pie
aut fortiter geſtis, qua[illegible] tempori
ſerviens diligenter et [illegible] o, pau-
ciſſimis verbis comple[illegible] s ſum,
Tu virtutum omnium [illegible] veriſſi-
me, et ſapientiſſime ae [illegible] ima [illegible] or
Pontifex Maxime, cuju[illegible] fide[illegible],
pietatem, religionem, a [illegible] ſtin[illegible] n-
tiam, aliaque animi orna[illegible] men[illegible] a,
aeque ac ſummum imper[illegible] m [illegible] et
poteſtatem Chriſtianus [illegible] Or[illegible] is
merito veneratur, facile [illegible] te [illegible] li-
ges, quo ingenio, quo prae[illegible] cor[illegible] io
eſſent Iacobi II merita cele[illegible] bra[illegible] -
da. Hanc itaque demortui R[illegible] eg[illegible] s,
quem dum viveret, in ſinu [illegible] tu[illegible] o
p[illegible]

paterne fovisti, qualemcumque laudationem tuere, et Christianae totius Reipublicae felicitati, virtutum praesidio, diutissime sospes, atque incolumis vive.





# ORATIO.



I eorum quoque interitu commoveri solemus, qui, quamvis nullo penitus usu nobis cogniti, et cari, nullo nos umquam officii genere sint prosequuti, tamen, aut felicis imperii, aut bellicae virtutis, aut excellentis ingeni[illegible] vel denique gravissimarum aerumnaru[illegible]

tol-

tollerantia, et fama claruere; quantum esse, BEATISSIME PATER, quamque acerbum a TE susceptum ex IACOBI III. Magnae Britanniae, Franciae, Hiberniae Regis morte dolorem existimabimus! Ejus enim in Religionem Catholicam obsequii constantissima testimonia, praeclara, et continua in Rempublicam Christianam merita, non incerti rumores, ex Insulis toto divisis Orbe perlati, sed longissima consuetudo probavit. Quam luctuosum, et grave funus hoc esse credendum est, singulis aeternae Urbis Ordinibus, quibus per quinquaginta fere annos de regia majestate nil magis quam humanitatem, de potestate praecipue beneficentiam contemplandam, et colendam exhibuit. Quo nunc piissimo Rege, humanae naturae necessitate sublato, species quaedam pulcherrima virtutis e conspectu nostro recessit, atque extincta est! Oh casum vere luctuosum suis,

in-

infestum Europae, triste bo[illegible] omnibus,
quorum solatia mors ista p[illegible] vertit! In
tanto igitur moerore, quae [illegible] ens, qui
animus inter has faces, inter [illegible] lugubres
voces, fletusque sacros, in ho[illegible] tam tristi
rerum aspectu esse mihi deber[illegible], cui lau-
dare defunctum Regem imperi[illegible] TUO, cui
resisti non debet, est demanda[illegible] um, nisi
una me cogitatio non medio[illegible] iter con-
firmaret, Quid enim deceat, [illegible] fortissi-
mo Viro dicentem imbecilliter [illegible] re, mor-
temque ejus lacrimis prosequi [illegible] qui to-
tam vim, laudemque bene viv[illegible] di, in
animi robore, ac magnitudine, in [illegible] omnium
humanarum rerum contemptu [illegible] duxit?
Refectis igitur animis, desiderati[illegible] ni Re-
gis clariora facta breviter memorando, [illegible]
quem viventem obsequio, admiratione [illegible]
cultu prosequuti sumus, extinctum reco[illegible]
datione, et imitatione nostra nobiscum [illegible]
retineamus.

Sacrarum Litterarum est testimonio [illegible]

com-

comprobatum, Deum Optimum Maximum, quos praecipue dilexerit, et ad benemerendum de universo hominum genere destinarit, eos interdum gravioribus humanarum vicissitudinum fluctibus, et infortuniorum procellis voluisse obnoxios, ut eorum virtus in adversis, auri ad instar, quod in igne probatur, et major assurgeret, et lucidior splenderet. Quod in IACOBO REGE quoque, vitae illius seriem consideranti, manifeste apparet. Principio siquidem, VValliae Princeps renunciatus cum esset, et paterni imperii heres ipsis ab incunabulis designatus, quod Patrem Regem haberet, Catholicae Religionis tenacissimum, qui eam apud Anglos suos pene eversam, ac labefactatam restituere, majori, qua poterat, animi contentione curabat, quique ob hanc tantum causam Regni proceribus invisus, a militibus desertus, ab affinibus ipsis, cognatisque oppugnatus, gravissi-

mum

mum devenerat in rerum or[illegible]rium discri-
men, una cum Matre, Fae[illegible]ina sanctis-
sima, et nobilissima Italicar[illegible], de avita
Insula egredi, proximasque [illegible]as clancu-
lum petere cogitur. Non [illegible]m Regio
Filio digna pompa, non mi[illegible]um agmi-
na stipant, atque tuentur, sed [illegible]ga, squal-
lor, maternae lacrimae comitar[illegible]r. Ipsum
Pater animi constantia firmi[illegible]us dein-
de consequitur, qui in exilii [illegible]erbitate,
domesticum sibi in Uxoris fortissi[illegible]ae socie-
tate, et in dulcissimi Filii sanct[illegible]insti cu-
tione quaesivit solatium. Et san[illegible]egregia
Infantis indoles, docilis animus, [illegible]cilque
ad virtutem parabilis, omnem pr[illegible]vertere
videbantur paternae caritatis so[illegible]citu[illegible]i-
nem, omnem vincere doctorum [illegible]cura[illegible]
Puerile enim nil in eo apparebat, i[illegible]on[illegible]a-
gna assurgebant germina, pulcherri[illegible]e
micabat spes earum virtutum, quas [illegible]in
lo semper mirabundi suspeximus, nu[illegible]ca[illegible]
tem luctu, sterilique recordatione conce[illegible]
le[illegible]

lebramus. Aetas illa, qua humanae conditionis graves angustiae minime intelliguntur, quaeque innocuis lusibus dari solet; ea dulcissima vitae tempora, tristibus a curis immunia, ab IACOBO tota consumuntur lacrimas inter Parentum, quibus suas quoque miscere cogitur; nam, quocumque se vertat, et inter ipsa cultioris institutionis studia ea offendit, quae in Ipso omnem laetitiae sensum extinguant. Nam seu Locorum, Coeli, Marium positiones addiscit, Regna, Provincias, Urbes, quibus potentissimi Majores imperitarunt, quibusque modo spoliatus Ipse est, dolentissime contemplatur. Seu historiae elementa perlustrat, Augustae Familiae Suae vices offendit, clades, ruinas, incendia cognoscit. Nec tamen animo frangitur, sed ad optima studia magis, magisque inflammatur, ut aptior quotidie evadat, atque instructior ad Rem Christianam sustinendam, tuendam, amplificandam, Majorumque potentiam, et

glo-

gloriam assequendam. Itaque seu variorum idiomatum, quibus Gentes utuntur, modos addiscit, seu artem expendit, quae mentes hominum eloquio flectit, seu infortuniorum consolatricem, humanaeque vitae moderatricem Philosophiam purissimis Religionis haurit e fontibus, auxilia sibi firmissima comparat, ac tempus assidue mente revolvit, quo aliquando feliciter, faustoque successu, favente Deo, cogitata perficiat.

Ad vigesimum septimum pervenerat IACOBUS aetatis annum, cum prudentissimae Matris, providentissimi Pontificis Clementis XI, potentissimorum Galliarum, et Hispaniarum Regum incitantibus votis, auxiliisque juvantibus, avitas oras repetere aggressus est. Non Illum hostium insidiae, non clausus inimicis undique navibus Britannicus Sinus, non pretium Regio Capiti constitutum, non innumeri exploratores undique discurrentes, non longissimae, frigidissimaeque decembris noctes

non montium impervia altitudo, nivesque prope Coelo immixtae, non locorum iniquitas, non desperatio in vultu suorum emicans Regium animum prosternunt, aut deiiciunt. Postquam ad extremum discrimen, ac prope perniciem deventum est, parvo exceptus navigio Oceano vitam, fortunasque suas omnes committit, innumerisque contemptis periculis, Scotiae littora appellit. Qui dies fuit ille, quam mirus laetusque dies, quo expectatus, desideratusque Regnum suum ingressus est! Non aetas quemquam, non valetudo, non sexus retardavit, quominus oculos insolito spectaculo impleret, ac recrearet. Refertum gentibus litus, alacris undique populus felici adventui gratulabatur. Sed utinam iter illud in Scotiam, expeditionesquè non semel susceptae meliori non caruissent successu! nisi verius dicendum, divino id esse consilio gestum, ut Rex omnium amo-

ea Insula,
amore cultuque dignus , a [illegible] sua , repel-
nobis remota, quamquam [illegible] immortali
leretur , ut Reges omne [illegible] esse Re-
exemplo intelligerent , sati [illegible] conditio-
gno carere, quam non aequ [illegible] eterea ho-
nibus imperare; ut omnes pr [illegible] litudine ,
mines a singulari animi ar [illegible] res infra
quia Ipse terrenas , caducasque [illegible] que des-
se habuit, ad mortalia qua [illegible] praeser-
picienda excitarentur; nosqu [illegible] antoque
tim diutius Illius praesentia , [illegible] tu est ,
bono perfrueremur. Difficile d [illegible] solitudo
qui moeror, qui luctus , quae [illegible] aserit ,
Scotiae Regnum fere totum i [illegible] do ca-
quam aegre Illo caruerint , qua [illegible] sud o-
rendum fuit . Ostendebant, qu [illegible] re [illegible]
res Illius hauserant campi , quae [illegible] pra [illegible]
ctiones antra, quae somnum saxa [illegible] accl [illegible]
texerant , aulam ubi Rex fuerat [illegible] in [illegible]
matus , quae tecta magnus hospes [illegible] ve [illegible]
pleverat . Discurrebant ad litus , ut [illegible]
stigia, quibus primum , postremoque [illegible]

 con-

constiterat, intuerentur: tanta denique plurimi in Eum fide, et caritate exarsere, ut opes, dignitates, patriam, liberos, vitam, qua nihil carius, amittere satius duxerint, quam Illius Causam relinquere, Ejusque praesentia destitui. Quid autem Ipse, quo sensu, quibus animi motibus tantas pertulit calamitates? Sciscitemur si lubet jam aetate provectos, qui Illum profugum, exulem, sortis incertum suae, de rebus omnibus dejectum, a Clemente XI. immortalis memoriae Pontifice, hospitio perhumaniter exceptum, opibus liberaliter auctum, majestate defensum conspexerunt, dicentque profecto nobis, IACOBUM III, et Avenione, et Romae, ea mentis indole, eo oris, corporisque habitu perpetuo fuisse, ut fortem, impavidumque virum tot feriisse ruinae viderentur. Oh dignam sane meliori sorte constantiam! Regno spolia-

liatur, Terra, Marique to[illegible] vitae peri-
culis obiicitur, calamitatib[illegible] obruitur,
nec tamen aliquod aegritu[illegible]nis in Eo
signum, nullum demissi a[illegible]mi appa-
ret indicium! Quamquam [illegible]doloribus,
atque aerumnis premi in te[illegible]is justos,
piosque viros aliis de caus[illegible] aliquan-
do Summus rerum omnium Modera-
tor permittat, infaustis tamen, aman-
tissimi patris more, prospera admiscet,
ut fractos animos erigat, et ad gra-
viora ferenda promptiores effic[illegible]. Haec
mira coelestis Providentiae lege, Bri-
tanno Regi, in media exilii acer[illegible]bitate,
Uxor paratur MARIA CLE[illegible]EN[illegible]-
NA lectissima Foemina, quam Regio
sanguine ortam, conciliante nuptias
Pontifice, duxit. Haec formae elega[illegible]-
tia, indolis liberalitate, morum innoce[illegible]-
tia et comitate, et praecipue praestanti [illegible]
Deum religione, Viri ad virtutem recti[illegible]
sime comparati moerorem omnem, at[illegible]
que[illegible]

que triſtitiam aut omnino , aut maxima ex parte levavit. Et quae , Deus bone, calamitates eſſe poſſent, quae ſolitudo, qui labores, quos non levaret Mulier Deo conjunctiſſima, cui nil carius erat, quam coeleſtibus inhaerendo humanum omnem faſtum , pompaſque deſpicere; nil dulcius, quam Mariti dolores, et lacrimas innocuo abſtergere riſu, ſobolemque ad tot Regnorum ſpem adoleſcentem caſtiſſimo ſinu fovere, et in Religionis ſtudio , in amore virtutum, familiaribus exemplis alacriter confirmare! Utinam vero hoc felix , fauſtumque conjugium immatura Reginae mors, non tam cito ſolviſſet ; non enim Vir amantiſſimus , qui de amiſſa Conjuge doloris magnam acceſſionem fortiter pertulit, dulci orbatus fuiſſet ſocietate, et ſolatio, neque nos tam longo eximiae virtutis deſiderio conficeremur. Oh ſaltem cariſſimam conſpexiſſet Prolem in eximiae gloriae, praeclaraeque laudis ſpecula colloca-

locatam! Alterum nem [illegible] e Filium, Patri-
ni animi heredem, & [illegible] Injuriarum vindi-
cem, populorum suor [illegible] amori dona-
tum, Maris, Terraeque [illegible] pericula generose
contemnentem, sibique [illegible] immortalem bel-
licae virtutis, & fortitu [illegible] inis nomen un-
dique comparantem! A [illegible] erum serventissi-
mae pietatis instinctu, [illegible] juventae flore
humanis omnibus conte [illegible] ptis illecebris,
in sanctam Sacerdotii so [illegible] em adscriptum
ad asserendam, augend [illegible] que Ecclesiae
Romanae dignitatem, [illegible] gloriam; ad
Christianae liberalitatis, [illegible] continentiae
exemplum a Coelo datu [illegible] dique com-
mendari! Sed ad IACO [illegible] redeamus,
qui in clarissimo hoc Orbis [illegible] heatro, uber-
rimum reddidit fructum ar [illegible] m, et disci-
plinarum, quibus in pueri [illegible] ad omnem
virtutem, honestatemque fu [illegible] erat informa-
tus diligentissime. Casta se [illegible] mper appa-
ruit in Illo mens, castus ani [illegible] mus, mica-
bat in Eo religio, pietas, p [illegible] pudor. Rex
na-

natura, et jure cum esset, maximum sibi Regnum ducebat sibi ipsi, suisque animi motibus imperare, illa usus semper magistra sapientia, qua nil melius, nil optabilius hominibus esse potest. Imperia enim, divitiae, fortunae bona quaecumque, dum firmiter teneri videntur, temporis momento dilabuntur, illa vero praesto semper nobis est, nos ubique utiliter comitatur. Benignitati, suavitatique Regiam jungebat gravitatem, qua quidquid ageret, quidquid diceret ad dignitatem componebat. Humanitati Ejus nil semper tam proprium erat, quam voluntas de cunctis hominibus benemerendi, aliorumque commoditatibus se natum potius putandi, quam suis. Si qua ab aliis Ipsi obvenissent beneficia, perenni repetere solebat memoria, quam nunquam oblitterari patiebatur; suorum in alios, quod magnanimi hominis est, et liberalis, omnem reminiscentiae sensum amittere.

Pro-

Probatiſſimis quum ute[illegible]etur *familiaribus*, per illos, veluti Regiae [illegible] *beneficentiae ad*miniſtros, omnibus affli[illegible]*tis, oppreſſis, pu*pillis, viduis, pauperibu[illegible], *liber ad Ipſum* patebat aditus, per illos [illegible] incolumitati omnium, atque ſaluti, ocio [illegible] libertati conſulebatur, per illos ſubſidia [illegible] vitae in cujuſvis ordinis egentes, maxime [illegible] in Britannos ſuos, nec Romae ſolum, ſed [illegible] alibi gentium, largiſſime erogabantur. [illegible] Dies me ſane citius, quam oratio deficeret, ſi ſingulas egregii Principis virtutes vellem commemorare. Omittam itaque firmiſſimam Ejus in Pontificem Maximum obedientiam, et obſequium, apud quem non ut Regius Hoſpes, ſed tanquam obſervantiſſimus filius moratus eſt. Relinquam ſedulum Ejus erga hunc Patrum Se[illegible]tum cultum, urbanitatemque ſuaviſſimam [illegible], qua Urbis proceres, civeſque omnes [illegible] ſemper complexus eſt, ſtudium denique [illegible] e quo Filios, dulcem extinctae Coniugis [illegible] imaginem edu-

educavit , caritatem, qua Illos fovit, atque dilexit. Sed inter tantam laudum excellentiam, non queo silentio praeterire extremum Illius vitae actum, ex quo apparet, quantum , et quam mirifice IACOBI III. virtus in infirmitate profecerit. Non tam senio, quam piis curis, atque laboribus , octo circiter ab hinc annis quasi confectus, lento quidem, sed mortali morbo correptus, inter corporis languores , et acerbos cruciatus, toties mortis sustinuit gradum, quot numerantur , eo longo temporis decursu momenta . Quis hominum miserrimo in illo statu , aut de sanitate recuperanda non cogitasset, aut mori saltem, solatii loco, non optavisset! Verum fortissimus Princeps humanis rebus penitus valedicens, ad animum ab omni, vel levi culpa expiandum , utitur diuturna ea macie, atque dolore, ut se totum ad im-

immortalia bona co ... vertat, quorum
causa nos unice co ... ditos esse nove-
rat. Culpas deflet, ... Poenitentiae Sa-
cramento frequenter ... abstergit, spiri-
tum suum enixis pre ... ibus Deo com-
mendat, pias quoti ... ie audit lectio-
nes, Coelesti Pane sa ... pe se refici eni-
xe petit. Quae, qua ... taque eloquen-
tiae vis requireretur ... illo, qui nar-
rare heic vellet, qui ... Ejus pectus
sacris aestuaret affectib ... quando por-
rigente Filio Eboracen ... Duce, Cardi-
nali amplissimo, nunc ... Episcopo Tu-
sculano, Sanctum Via ... um ab Ec-
clesia publice, et sac ... pompa, ut
Ipse optaverat, allatum ... eligiosissime
suscepit! Quae lacrimae ... qui motus,
quae fides, quae pietas ... Quod etiam
solatium in senectute, in ... extremo vi-
tae discrimine, egregio P ... rincipi, avi-
tis Regnis Catholicae Reli ... igionis cau-
sa expulso, salutaribus Cat ... tholicae Co-
mu-

munionis myſteriis, proprio miniſtrante religioſiſſimo Filio, refici, et ad tremendam ſubeundam luctam armari! Utinam alterum nobiliſſimum quoque Natum poſt tot annorum abſentiam reducem, poſt tot metus, tot pericula incolumem conſpexiſſet! Utinam Illi gloriae ſuae heredem, infortuniorum participem amplecti, et inter caſtiſſima ejus oſcula ſaltem deficere datum fuiſſet! Sed non tulerunt divina conſilia animum innocentiſſimum, et penitus a terrenis rebus avulſum, ad humana, et fragilia retrahi, et paternis iterum affectibus cor Deo plenum labefactari. TIBI praeſertim, BEATISSIME PATER, non difficile fuit ſummam Viri Religionem, humanarumque rerum contemptum dignoſcere ex obſervantia illa, atque cultu verecundo, quibus TE laetiſſime excepit, quando graviter decumbentem paterno invi-

visisti , quando Ille co [illegible] nstans , et libens finem intuens suum , a [illegible] TE demisse po- stulavit , ne Regio fun [illegible] re fineres corpus suum efferri , aut non [illegible] n funebri lauda- tione celebrari . Vos h [illegible] ic tandem com- pello , qui morienti pr [illegible] esentes adfuistis , vos qui Illum cum la [illegible] imis , inter lan- guidos , difficilesque a [illegible] helitus repetere non semel audistis , se i [illegible] numeris de cau- sis , et praecipue de [illegible] bus esse Deo devinctissimum ; quod [illegible] scilicet Ca- tholicis Parentibus nasc [illegible] inter Catho- licos educari , vitamque [illegible] nem vivere fuisset elargitus ; quod [illegible] num Divina Providentia factum esset [illegible] ne terrenum teneret Regnum , ut de [illegible] coelesti so- lummodo cogitaret . Oh [illegible] nsus aeterna Posterorum memoria dign [illegible] ! Oh fausta , et felicia Catholicae Religi [illegible] ni tempora , quibus Reges , dum illi [illegible] anum quod- dam Philosophiae nomen [illegible] contumeliose insultare conatur , debitum [illegible] ei reddunt ho-

honorem, et Regno carere malunt, quam ejus ſanctiſſima jura violare.

En IACOBE Rex Optime, vitae tuae, quam mediis in aerumnis, atque laboribus traductam ſanctiſſime conſummaſti, exitum ſane felicem! Regnum, quod Tibi a Deo jam datum eſſe confidimus, tene, non amplius terrenum, viciſſitudinibus ſcilicet, et calamitatibus undique obnoxium, ſed coeleſte, tutum, aeternum, in quo beate vivunt animae vere magnae, nullamque experiuntur pacis perturbationem, et tranquillitatis. Ex eo laetiſſimo piorum loco reſpice, quae Tibi funebria juſta ſacro ritu perſolvunt, et tuus Ille amantiſſimus Pater CLEMENS XIII. in cujus beatiſſimi ſaeculi luce durare, Pontificemque Maximum venerari, Tibi, ut in votis habueras, datum fuit; et una cum Purpuratorum Senatu nobiliſſimi Filii Tui, honos, decuſque noſtrum; omnes denique Urbis Ordines.
Ex-

Excipe ingentis desiderii [illegible] ii nostri testimo-
nium hoc, et nos ab h[illegible]ce lacrimis, vo-
ca ad contemplatione[illegible], imitationem-
que virtutum tuarum, q[illegible]as neque lugere,
neque plangere fas est [illegible] Nam quidquid
ex Te amavimus, qui[illegible]quid mirati su-
mus, manet, mansuru[illegible]que est in aeter-
ninate temporum, fa[illegible] rerum. Mul-
tos in hac vita felices [illegible] oblivio obruet,
IACOBUS III. Magnae Britanniae, Fran-
ciae, Hiberniae Rex, c[illegible] adversa sem-
per luctatus fortuna, et [illegible] quod summum
est, Catholici Cultus ca[illegible] suo spoliatus
Imperio, religione, pietate [illegible], constantia,
Prole denique inclita, posteritati narra-
tus, et traditus, superstes [illegible]erit.

